

sed etiam de cœlestibus audiamus. VI. A nam Ecclesiam, quæ lumen suum non ex oculis treseruantur doctrinæ, sunt bini vt moneamur diuersorum sapientum consilia querere, eorum vnus dexter, alter sinister, vt prosperitati & aduersitati oculos æqualiter aperiamus; Multis sunt inuoluti, vt diligentem oculorum custodiam doceant. VII. Hominis caput vnicum; vt vnum Deum, in vnaquaque congregatione vnum prælatum & ducem denotet. VIII. Corpus humanum rectum, monet animi rectitudinem. *a pag. 8. ad pag. 10.*

Eiusdem sermo i. in Euang. verba hæc. Luc. 21. *Erunt signa in Sole & Luna, &c.* in quibus tria intuetur Primum, Evangelica signa quinque in Sole, Luna, Stellis, Terra, Mari. Secundum. Ex Hieron. quindecim signa quindecim dierum ante diem iudicij. 1. die mare quadraginta cubitis super montes feriget: 2. tantum descendet vt vix videri possit. 3. marinae belluæ dabunt rugitus vsque ad cœlum: 4. ardebit mare. 5. herbæ & arbores rorem dabunt sanguineum: 6. ruent adificia: 7. petrae ad inuicem collidentur. 8. generalis fiet terræ motus: 9. aquabitur terra: 10. exhibunt homines de cavernis & ibunt velut amentes: 11. surgent ossa mortuorum & stabunt supra sepulchra: 12. stellæ cadent: 13. morientur homines tunc viuentes: 14. ardebunt cœlum & terra: 15. fiet cœlum nouum & terra noua & resurgent omnes. Tertium. Causas quare signa præcedant iudicium, quæ sunt, vt magnum malum malis futuris annuncient, in quibus deliquimus in his feriamur, creaturæ ad vlciscendum creatorem de suis hostibus præparata ostendantur; illorum influenza non fruatur qui nihil dignum bonitati diuinæ fecerunt; sint incitamenta doloris; indicent mundi senium; ab amore mundi separémur. *a pag. 235. ad pag. 237.*

Eiusdem, sermo 2. in quo totum Euang. mysticè percurrrens i. De signis iudicij præcurrentibus disserit; solem esse Christum obscurandum, prædicatione eius & miraculis cessantibus; Lu-

adabit, dum eius sanctitas miraculis non apparebit; Stellæ quæ de cœlo cadent, multos cœlestem conuersationem deferuos denotare dicit: In Sole etiam potestatem Ecclesiasticam, in Luna secularem, nam prælati non lucent radijs doctrinæ, ex quo consecutum est quod Luna id est secularis potestas conuersa est in sanguinem; Stellæ sunt fideles, cadent de cœlo cum multi recedent à fide. II. Statum eorum ad quos venit iudex in his verbis *arrescentibus hominibus præ timore. &c.* considerat. III. eorum etiam statum qui cum iudice venturi sunt attendit ex Gloss. interlin. dicente in Matth. 24 tremebunt Angeli, quanto magis homines, id est ad modum tremantum se habebunt, vel timebunt timore reuerentiæ &c. *a pag. 237. ad pag. 239.*

Eiusdem sermo 3. ex his verbis, *Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum potestate magna & maiestate.* Tres erunt doctrinæ quarum I. Potentiam iudicis quam fugere non poterunt impij, sapientiæ perspicacitatem eui nihil poterit abscondi, Zelum qui nullis acquiri seet precibus, manifestat. II. Christum esse filium hominis propter exemplum humilitatis contra superbientes; formam humanam in qua apparebit; meritum insinuandum, quo ad gloriam talem deuenit, considerat. III. Venientem iudicem, in nube sedentem, mortuos resurgentes & totam iudicij seriem intuetur & examinat. *a pag. 239 ad pag. 240.*

Eiusdem, sermo 4. in illud Luc. 21. *His autem fieri incipientibus respicite & leuate capita vestra, &c.* Animaduertit Primò Christum electos consolari spei eleuatione; ad quam pertinet vt malum transitorium non timeatur, in bonis temporalibus fiducia non habeatur, de meritis proprijs non præsumatur. Secundò. Dominum electos ad gaudium hortari cum mundus destruitur, quia eorum vita laboriosa finitur, gaudium inimicorum eorum destruitur, appropinquat amicus. Tertio Redemptionem aduenientem esse à captiui-